



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Senis & mulieris exulantium lepida garrulitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

C A P V T . L V.

Ingressus, quo belli mala, & causa perstringuntur.

L

Nitinere eram aliquando, siluamque cum socio ingredi-
sus, vehementer admodum fatigatus umbram sectabar.
Occurrit locus in medio nemore maximè opacus & fri-
gidus. In eo iacebat promiscua turba hominum in gramine qui-
escentium; viri, feminæ, juvenes, senes. Alij pone se infantes
habebant corribus, alij cunis impositos; alij sarcinas ferebant ad-
huc dorsis alligatas: nonnulli, præter baculum quo niterentur,
nihil. Quidam etiam fascijs obligati, vulnera ut inspicerent, cru-
ra, brachia, capita retexerant. Ibi substiri, & ipse lassitudinem
discussurus. Data igitur acceptaque salute, interrogavi: Vnde
venirent, aut quò tenderent? Respondit seniculus macie exhau-
stus, fame contractus, rugis & canis obsitus, itaque præter cu-
tim & ossa nihil hominis retinens, ut ligneus videri posset, nisi
verba vocemque edidisset. Erant autem verba ista. Ne interro-
ga, mi bone, Vnde, aut quò proficiscamur; primum scimus, sed
tædet dolorem memorando renouare: alterum nobis est incogni-
tum, & prorsus incertum. Fortunam, quam in patria nouercam
exporti sumus, in exilio matrem querimus, nesciij quibus sedibus
talem inuenturi. Ea nobis domi, præter hos centones, omnia
ademit, in eo solùm benigna, quia ex rusticis Philosophos fecit:
En omnia mea mecum porto; quod & isti faciunt, quibus & lares,
& rura, & ouium capraturumque greges, & nonnullis noa iumen-
ta tantum, sed tota etiam armenta, omnisque pagana opulenta
fuerat. Nam, ut vides, equis ligneis utimur, & liberi nostri in dor-
sis nostris habitunt, sicut ciconiae in tectis. Mirabar senem juve-
nari, illumque verbis risum ciere, cuius miserabilis aspectus vel à
Democrito lachrymas extorsisset. Insti ergo tanto cupientiis,
ut fortunas suas narrare ne grauaretur. Tum ille, numquid sa-
tis est, nos passos esse, quæ passi sumus, an recordando tibi bis
vapulabimus? Assidebat huic seni anus, quæ non interrogata,
insito huic sexui naturæ vitio, intergarriens. Exules sumus, ut
vides, è Suevia in Austriam migramus, seruitute victum quæ situ-
ti, hostis domo nos eliminavit; immo fatae, cùm enim dominii
huius reli-

nihil reliqui fecisset, foris victimum queritamus. O mi Domine, quā multa possent de nostra calamitate narrari? Ego mulier sum octoginta septem annorum, cum viro hoc septuaginta annis viuo; mala plurima vidi, quæ me, quæ maritum meum, quæ alios mihi notos non infrequenter obruerunt, lites, rixas, iniurias, rapinas, cædes, incendia, direptiones, sterilitates, siccitates, pestilentialias, nihil simile vidi ijs, quæ nunc ex Orco emissa bella Germaniam inundauerunt. Fuerunt multæ grauesque procellæ, sed iste fluctus belli est decumanus. Verè dixit, qui dixit, *Bellum esse malorum omnium compendium.* Quamquam de hoc compendio non facile est facere compendium. Et jam erat ab ovo exordium deductura, cùm garrulitatis femineæ pertæsus senex, in dexterum cubitum erectus, ita orationem eius interrupit: Sanè non facile est facere villus rei compendium vobis crepitaculis. Tace, mulier blateratrix & multiloqua; si tamen lingulata tacere villa potest. Non horam, diem totum hic tereremus, si tibi auscultandum ficeret; & ante lucis, quā sermonis finis esset.

Obstruxit quidem hoc editio os rectulæ, non tamen ligauit manus in pugnam pruriuentes. Sed interposuerunt se aliquot viri, ut videbantur, non ineruditæ, neque de plebe, qui lepidum selectionem libenter audiebant garrientem. Vxori igitur silentium & quietem, marito Nestorem acturo, oratoris munus imposuerunt. Mox ille, ceteris silentium teneentibus, ita belli mala orsus est enumerare. Tam multa sunt, quæ bellum infamant, ut qui non sensit, non possit ea credere. Aiunt in libris ea referri. Sed quantus is liber esse debet, qui omnia comprehendat? Minadumtaxat cùm vellet nobis significare, cometam quantum, Anno 1618. Deus cælo inscripsit? Neque enim aliud illud ignitum, & tandem ab Oriente in Occidentem extensem signum fuit, quā funestus belli nuntius, & character, aut virga cælestis, quæ tergo nostro imminebat. Sed tunc vix quisquam metuebat plagam vel tam diutinam, vel tam longè lateque porrigidam. Stultus fuisset habitus, qui dixisset, triennem fore, quæ fortasse triginta annos est duratura. Interim, qui metus? quæ vexatio? quæ exactiōrum grauissimatum servitus? quā dura hospitia militum nulla liberalitate contentorum? quibus postquam multa dederis,

II.